Columna, Guido de: Historia destructionis Troiae / Formulare und deutsch rhetorica

Strassburg: [Printer of the 1483 Jordanus de Quedlinburg (Georg Husner)], about 9 Oct. 1486 / [Heidelberg: Heinrich Knoblochtzer], 1488



# Bellum quartum

noctis tenebra sīā vrgente q̄re supue
niēte noctis vmbraculo preliū est di
missum.

## De quarto bello grecorū et troianoꝝ.

Aspectibus igi
tur hoīm crepusculo succe
dente stellis ꝑ celi spaciū vn
diq3 patefactis. qs nox q̄ nocet oculis
intuentiū in aspectibꝰ ceteroꝝ ꝓpter
sue tenebras cecitatis apte vulgauit.
oēs reges grecoꝝ duces ⁊ p̄ncipes in
ipiꝰ noctis cāticinio in regis agame
nonis tentorio ꝯuenerūt. vbi tantū
modo de morte hectoris q̄liter ipsū3
interficerent mlta ꝯsilia sūt scrutati.
Dixerūt enī. Nisi hector ab hac vita
deficiat et sꝑ existat in bellis. Troia
ni nūq3 poterunt sic offendi ꝙ greci
possint de eis ad victoriā ꝑueire. Ip
se enī solꝰ ē troianoꝝ oīm defensor et
grecoꝝ offensor mortalis. Sz demū
oēs ipi se in h ꝯsilio firmauerūt ꝙ af
fectu3 talis negocij achilles reciperet
supra se non tantū suis viribꝰ q3 suo
sagaci īgenio terminādū. Qd achil
les suscepit sollicito animo exequen
dū cū potiꝰ eius īter sit ex eo videlicet
ꝙ hector multū affectat necē achillis
Et nisi achilles sibi ꝓuideat de facili
poterit ꝑ manꝰ hectoris fortuna sini
strante ꝑire. Cuiꝰ rei causa eoꝝ de h
finito cōsilio singuli eoꝝ ad tentoria
sua redeunt nocturne causa quietis.
Adueniente ergo diei sequētis dilu
culo mane facto greci cateruatim ad
arma ꝯcurrūt Nam ille fortissimus
oīm hector q̇etis impatiēs porta3 iā
exiuerat ciuitatis ⁊ in campū ꝑuene
rat causa belli cū sua acie quā sibi in
stituerat de troie pugnātibꝰ spāliter
oriūdꝰ. quē secutꝰ Eneas cū acie sua
post eū velociter ꝓꝑauit. Sic paris
sic deiphebꝰ. sic troilꝰ. sic ceteri cum
aciebꝰ eoꝝ dudū ꝑ hectorē ordinatis
Primꝰ igit̄ ante oēs hector īgerit
se ad bellū cū troianoꝝ omībꝰ aciebꝰ
in q̇bꝰ fuerūt vt scꝑsit dares ex ipsoꝝ
troianoꝝ ꝑte. c. l. milia pugtorū. Int̄
vtrāq3 partē bellū letale cōmittitur.
Paris cū illis de ꝑsia pugnātibꝰ cū
in arcubꝰ et sagittis bellū ingrediens
innūmerabiles grecos interficit et le
talia vulnera figit in illos. Interi
rex agamenon bellū ingredit̄. quem
statim hector aggredit̄ ipm ab equo
sternit grauiter vulneratū Achil
les vō tūc inuadit hectorem cassidez
eius in eiꝰ capite inictum multoꝝ vi
tute cōfregit. Sed illico eneas ⁊ troi
lus irruūt in achillem in multitudīe
pugnatoꝝ cum ille fortissimꝰ diome
des irruit in eneam que3 grauit̄ vul
nerauit. q̇ improperando dixit enee.
Aue bone cōsiliarie q̇ regi Priamo
dedisti fidele consiliū de me in sua p̄
sentia offerendo. Sed pro certo scias
si huiusmodi prelia sepius frequen
tabis ⁊ in manus meas te contingat
incidere pro certo de meis manibus
morieris. Et tūc facto impetu cōtra
eum ipm deiecit ab equo. Ad hec he
ctor inuadit achillem eū mirabiliter
grauat. Jam cassidem eiꝰ sibi cōfre
gerat capere nitens illū. s3 filiꝰ Tidei
q̇ sic interceptū vidit achillem in He
ctorem irruit furibundꝰ et eleuato en
se in suoꝝ fortitudine brachioꝝ ꝑcus
sit illu3 et ei graue vulnꝰ inflixit. He
ctor autem ad ictum vulneris nul
latenus stupefactus accepto ense in
multa furoris rabie in diomedem. q̇
ꝯtra eu3 viriliter insistebat potenter
irruit sic ꝙ ipm deiecit de eq̊. Troilꝰ
aūt videns diomedem in t̄ra deiectū

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-169/0096

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG